apostoli iubentur tacere de Christo. cum sancti [al. sanati] prohibentur gloriari de re
medio; cum demones precipiuntur silere de dei filio. Fallen
di ut dixi principem mundi fuisse consilium; et apostolus declarauit
dicens. Sed loquimur dei sapientiam in mysterio abscondi
tam; quam nemo principum istius seculi cognouit. Si enim cogno
uissent. numquam dominum maiestatis crucifixissent. hoc est
numquam me redimi domini morte fecissent. Fefellit ergo pro
bis. fefellit ut uinceret; fefellit diabolum cum temptaret.
cum rogaret. cum dei filius diceret. ut nusquam diuinitatem pro
priam fateretur; Sed tamen magis fefellit principem seculi. Diabo
lus enim et si aliquando dubitauit. cum diceret si filius dei es mit
te te deorsum; tamen uel sero cognouit et discessit ab eo. Co
gnouerunt et demones qui dicebant; nouimus te qui es Ihesus dei
filius. Quid uenisti ante tempus torquere nos. Et ideo uenis
se cognouerunt; quia precognitum habebant esse uenturum. Prin
cipes autem seculi non cognouisse; quo maiore possumus quam apostoli
ce sententie probare documento. Si enim cognouissent; nun
quam dominum maiestatis crucifixissent. Demonum enim mali
cia. facile et occulta deprehendit. At uero qui secularibus
uanitatibus occupantur; scire diuina non possunt. Bene
autem sibi diuiserunt euangeliste. ut sanctus matheus ioseph ab
angelo moneri induceret mariam accipere; lucas eu
angelista testimonium ferret. quod non euenissent; hic ipsa
MARIA fateretur. cum dicit angelo; quomodo fiet istud quoniam ui
rum non cognoui. Sed et ipse sanctus lucas uirginem declarauit
dicens; et nomen uirginis MARIA. Et propheta docuit quia
ait; ecce uirgo in utero concipiet. Et ioseph designa
uit; quia quoniam pregnantem uidebat quam non cognouerat. di
mittere gestiebat. Dominus ipse in cruce positus manife
stauit cum dicit matri. mulier ecce filius tuus; deinde